



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Masii sententia resutata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

ficationem, qua pro calceo sumitur, neutquam rejiciendam esse dici-
mus, pr̄sertim cum aliis longe sit
istius loci sensus, uti inferius prolixo lib. 2.
ostendimus. Sed neque interpre- cap. 8.
tatio quam Masius dedit huic loco
convenit. Barbaros intelligit in
Galilæa gentium, qui Aseritas pres-
serunt, ut pedem premit calceus fer-
reus h. e. compes. Atque hoc plane
ab orationis serie alienum est. Con-
tinetur hoc capite benedictio Mo-
sis, qui jam moriturus duodecim
tribubus bona precatur. Quæ de
singulis dicit sunt fausta ac felicia.
Ea ipsa quæ precedenti commate
de Aschere prædicantur, *Benedictus
Ascher præ filiis, fratribus suis fit
acceptus, & tingat pedem suum in
oleo, non nisi læta sunt.* Quorsum
hæc de compede adjiceret Moses,
ut significaret Ascheritas à barba-
ris istis qui manserunt in Galilæa
Gentium, premendos esse, ut pe-
dem premit ferreus compes. Nec
juvant Masium verba sequentia:
כִּימֵץ רְבָא quorum simplicissimam
verissimamq; interpretationem pu-
tat, & quot dies tui, tot ærumnæ tuæ:
Etenim nequaquam hic de ærum-

D 4 nis

DR.
inquit
e Mo-
rbaro-
terum
quanti
opia in
axima
Huit
quod
נִמְזָק
veris-
quo
q. d.
um,
num
s &
num
ium
con-
no-
pud
qui
dem
une
de,
לְיַה
om
os
ni.
20

80 De CALCEIS HEBRAOR.

nis agi vel ex eo manifestum est, quod meras benedictiones spiret Moses: Ut hæc interpretatio non sit simplicissima verissimaque, sed ea quam habent LXX. Senes, qui omnium optime hæc verba reddiderunt: ἀσ αι ιημέρας ος, η ιχύς ος ut mox docebimus.

VII. Vulgatissima est interpretum sententia ut יְמֵן sit *calceus*. Sumunt hac notione LXX. interpres itemque Vulgatus. Sequuntur omnes fere recentiores & Lexicographi. Sed non uno modo hujus locutionis sensum viri docti hariolantur. Plerique putant his verbis significari Ascheris posteros solum calcaturos, aeris & ferri fodinis fœcundissimum. Horum sententiam refert vir doctissimus Sebastianus Munsterus, & qui scribia ejus manifesto plagio compilavit Isidorus Clarius. Atque ea placuit Francisco Vatablo, Sebاستiano Castalioni, Belgis interpretibus, & compluribus aliis.

VIII. Hic vero sensus, quem eliciunt homines eruditi, nihil sani continet. Ascheris portionem aeris atque ferri fodinis fœcundissimam

fu-

Munsterus
Clarius
Vatablus
Castalio
Belgæ ad
h. I.